

Fragmentum legis quae dicitur de imperio Vespasiani.

**244** foedusve cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit divo Aug., |  
Ti. Iulio Caesari Aug., Tiberioque Claudio Caesari Aug. Germanico. |

Utile ei senatum habere, relationem facere, remittere, senatus | consulta per relationem discessióinemque facere liceat, | ita uti licuit divo Aug., 5  
Ti. Iulio Caesari Aug., Ti. Claudio Caesari | Augusto Germanicó. |

Utile, cum ex voluntate auctoritateve iussu mandatuve eius | praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum ius perinde | habeatur servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque. |

Utile quos magistratum potestatem imperium curationemve | cuius 10  
rei petentes senátui populoque Romano commendaverit, | quibusque suffragationem suam dederit promiserit, eorum | comitis quibusque extra ordinem ratio habeatur. |

Utile ei fines pomerii proferre promovere, cum ex republica | cen- 15  
sebit esse, liceat, ita uti licuit, Ti. Claudio Caesari Aug. | Germanico.<sup>1</sup> |

Utile quaecunque ex usu reipublicae maiestate divinarum | hum[an]arum<sup>2</sup> publicarum privatarumque rerum esse<sup>3</sup> | censembit, ei agere facere ius potestasque sit, ita uti divo Aug., | Tiberioque Iulio Caesari Aug., Tibe- 20  
rioque Claudio Caesari | Aug. Germanicó fuit. |

Utile quibus legibus plebeive scitis scriptum fuit, ne divus Aug. |  
Tiberiusve Iulius Caesar Aug., Tiberiusque Cladius Caesar Aug. | Germanicus tenerentur, iis légibus plebisque scitis imp. Caesar | Vespasianus 25  
solútus sit, quaeque ex quoque lege rogatione | divum Aug., Tiberiumve Iulium Caesarem Aug., Tiberiumve | Claudiūm Caesarem Aug. Germanicum facere oportuit, | ea omnia imp. Caesari Vespasiano Aug. facere liceat. |

Utile quae ante hanc legem rogatam acta gesta | decreta im- 30  
perata ab imperatore Caesare Vespasianó Aug., | iussú mandatuve eius a quoque sunt, ea perinde iusta rataq(ue) | sint ac si populi plebisve iussú acta essent. |

### Sanctiō. |

Si quis huiusce legis ergo adversus leges rogationes plebisve scita |  
senatusve consulta fecit fecerit, sive, quod cum ex lege rogatione | plebisve 35  
scito s(enatus)ve c(onsulto) facere oportebit, non fecerit huius legis | ergo,  
id ei ne fraudi esto, neve quit ob eam rem populo dare debeto, | neve  
cui de ea re actio neve iudicatio esto, neve quis de ea re apud | [se] agi sinito.

*Romae, tabula magna aenea, a Nicolao Laurentii f. (Cola di Rienzi) in ecclesia Lateranensi collocata, hodie in museo Capitolino adservata (VI 950). Postremam esse e pluribus quae perierunt apparent. — Utrum ex lege (cf. v. 51.55) haec supersint an ex senatus consulto, quaequivit Mo. Staatsr. II p. 841. — 1) Cf. supra N. 215 et infra N. 248. — 2) humarum, 3) esse e tabula.*